petre amas me hoc enim significatum puto si
me amas plus quam tua plus quam tuos
plus quam te ut hanc peticionem meam
impleas non intermittas te de ovibus
meis pro quibus utique effusus est sanguis
meus. Hec ille. Unde quoque Christus committendo
petro pastorale officium ipsum ter examinat
de dilectione quia pastores ecclesie debent
deum ac eciam proximum suum pre ceteris hominibus di-
ligere. Ideo quod debet quis eligi in prelatum
non habitis certis signis et argumentis de di-
lectione eius erga deum et proximum suum.
Bed. h. Non congrue de dilectione requiritur
qui pascendo gregi preponitur. Ille enim pasce-
re debet alios qui virtute caritatis de celebri-
tate exestuat immemor sui et non querat
que sua sunt sed magis que Jhesu Christi. Primo
autem et secundo agnos quodam lacte reficiendos
et tercio oves perfectiores solidis cibis
alendos petro commisit quia non solum pas-
torem sed eciam pastorum pastorem eum con-
stituit. Dicuntur enim tria genera seu tres gradus
hominum fidelium qui sunt agni et oves
tercia sunt pascendi scilicet incipientes
et proficientes et qui nomine agnorum et
perfecti qui nomine ovium possunt intelligi.
Pascit igitur petrus agnos pascit et oves
pascit filios pascit et matres quia regit
et subditos et prelatos. Omnium igitur pastor
est quia preter agnos et oves in ecclesia nichil
est. Mirum ergo quod suis quod suis pastoribus
propter non commiserit. Deus quippe Romana
eciam civitatem tocius mundi metropoli
et capitaneam sicut in temporalibus fecerat
sic eciam in spiritualibus omnibus fidelibus
preesse voluit. Cephas enim quod simpliciter
caput interpretatur id est petrus tocius mundi ca-
put est constitutus dicente domino absque ali-
qua excepcione quodcumque ligaveris super terram
erit ligatum et in celis et cetera. Pasce oves
meas non dixit tantum latinas vel orien-
tales sed simpliciter oves meas ut esset
unum ovile et unus pastor. Propter quod cum
super hanc petram fundata dominus rogavit ut
non deficeret fides eius super eum ecclesia edificata
sit et fundata Christi ecclesia quod omnis qui
ab ecclesia Romana recedit quia absque fundo
edificat in vana laborat et ideo quod
a domino cephas vocatus est [illegible] cephali

et monstruosi homines merito sunt reputandi.
Aliquis pasce autem oves est credentes
in prosperis ne a fide deficiant confortare terrena
subsidia si necesse est subditis providere et
exempla virtutum cum non predicatores impendere
adversariis obsistere errantes subditos cor-
rigere. Sed cum Johannes a domino magis esset di-
lectus quare non est aliis apostolis prelatus sed
petrus quia erat adolescens et si esset
prelatus illis scandalizarentur forte ideo
sed non ita in petro quia senex. Sic nec vi-
deretur amicos carnales exaltare et eos
aliis preficere unde eciam mutare quo eciam
et non fecit. Glossa. Considera quod et be-
nignitatem Christi. Enim videns quos diligeret
et affectus se infirmitate revelat reliqua dat
petro magis amas me. Ter enim interrogans
cum de amore ter subiunxit pasce non
subiunxit tonde munge macta et man-
duca sed dicit Hugo verbis pasce scilicet
doctrine vite exemplo et temporali subsi-
dio. Ter quoque dictum est pasce ad designandum
quod quibus circa [illegible] debet subditos
pascere pastu triplici scilicet verbi dei et boni
exempli et prout sunt temporalis subsidii. Sed
contra quod dicit ter pasce aliqui mali in-
tantur tonde munge et occide quia multi
hodie subditos exaccionibus temporalium op-
primunt et malis exemplis occidunt. Sed
de triplici pastu dicto parum curant vel co-
gitant. Et bis dictum est pasce agnos
meos sed semel pasce oves meas quia
in prima et tenelli in fide amplioris pas-
ture cura et sollicitudine indigent quam
oves et grandiusculi qui se regere valent
nec tanta cura egent. Deinde post professionem petrus
domini se amare ter reddit et pro ac
amoris sui privilegium confirmavit morte
sua cum dominus innuebat martirium sui sibi
predixit per quam mortem ipsum petrum cum di-
ligeret demonstravit apte quod prelati ecclesie
tantum deberent caritate habere ut parati
sint se mori pro grege exponere. Unde ait
cum esses iunior non tam etate quam sensus
et virtutis imbecillitate quia me negasti cin-
gebas te et adhibitum tuum operabas
et ambulabas ubi volebas. Cum autem
senuisses non tam etate quam perfectus virtutis
stabilitate sicut iam tua demonstrasti con-
fessione extendes manus tuas scilicet ad

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_338/0255
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG